



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 20. Decretum circa Matrimonia Filiorumfamilias rursus correctum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

matrimonium publice contractum coram Ecclesia cum aliquo impedimento, quod sine scandalo detegi non posset, iterandum postea, eodem impedimento sublato, sine testibus: declarat præterea Sacrosancta Synodus, matrimonium, ac sponsalia contracta coram tribus testibus, probari posse per duos illorum, aut per aliam legitimam probationem.

§. XX.

*Decretum circa matrimonia Filiorum familias rursus correctum.*

Postea decretum, quod matrimonia Filiorum familias concernebat, rursus corrigebatur, licet vero certa ætas, sicut in priori forma, exigeretur, nimirum in maribus annus decimus octavus, & decimus sextus in foeminis, adjectum tamen est, opus esse consensu Patris, aut avi paterni Catholici: sed adhuc aliquo moderamine leniebatur, hæc necessitas, ut tunc, si illi licet rogati, dissentirent injuste, aut diutius absentent, contractus celebraretur cum Ordinarii facultate: denique præcipiebatur, ut ea decreta singulos obstringerent post diem a prima promulgatione trigesimum.

*Pattav. c. 8.  
num. 10.*

§. XXI.